SCHMITTHENNER

ANKÜNDIGUNG

der

öffentlichen Prüfung

des

Herzoglich Nassauischen

Gelehrten - Gymnasiums zu Wiesbaden

am

6. und 7. April 1857


von dem Direktor

Oberschulrathe Wilhelm Karl Lex.

Inhalt.

1) **De rebus Judaicis. Part. II. De origine gentis Judaicæ**, von dem **Professor Chr. J. Schmitthenner.**
2) **Schulnachrichten**, von dem **Direktor.**

WIESBADEN.
Druck von Wilhelm Gustav Riedel.
1857.


THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARIES
CHICAGO, ILL.

„Indocti discunt, docti meminisse juventur!"

DE REBUS JUDAICIS

quæcunque tradiderunt ethnici scriptores Græci et Romani collegit, composuit, illustravit

Christianus Jac. Schmitthenner.

Particula II.

De origine gentis Judaicae.

Primam hujusce opusculi particulam ante hos tredecim annos, cum Professoris munere fungerer in gymnasio Weilburgensi, ad lustrationem vernalem illius gymnasii rite indicendam conscripsi. In ea particula „percensentur ethnici scriptores Graeci et Latini, qui de rebus Judaicis commemorarunt vel commemorasse dicuntur". Nunc autem transii ad proponendas eas res ipsas, quæ ab illis scriptoribus de Judæis traduntur; ac primum quidem hac particula II. ea præcipue proposui, quæ de origine gentis Judaïcae ab iis memoriæ prodita sunt.

Ceterum curæ mihi fuit, ut omnia vel meis vel aliorum annotationibus, quibus opus erat ac quoad ejus fieri poterat, illustrarem; ad quod imprimis usus sum his libris:

Movers, die Phœnicier; 2 voll. Breslau.

J. G. Mueller, Untersuchung der Taciteischen Berichte über den Ursprung der Juden; in den theol. Studd. und Kritt. 1843, 4. Heft. P. 893 sqq.

Veruntamen in toto hoc opusculo conscribendo vix ullum aliud mihi meritum vindico, nisi collectionis et compositionis.

§. 1.

A. De gentis Judaïcæ ejusque, quam incolebat, terræ nominibus, quibus ethnici scriptores Græci et Latini usi sunt.

Nomen hujus gentis, quo Græci et Romani scriptores plerumque uti solent, est Ἰουδαίων, Judaeorum, ac nomen ejus terræ, quam incolebat Ἰουδαίας, Judaeae. Nomen Palaestinae primum reperitur apud Herodotum (II, 104. 106; cfr. III, 5; VII, 89), qui Judæos nuncupat τοὺς Σύρους τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. Nomen „Judaeorum" Herodotus haud magis noverat, quam nomen „Hebraeorum". Cassius Dio

utitur nominibus: „Συρίας Παλαιστίνης“ et „Σύρων ἐν τῇ Παλαιστίνῃ“, nec non Ἰουδαίων et Ἰουδαίας. Ptolemaeus (V, 16) nomina Παλαιστίνης et Ἰουδαίας usurpat tanquam idem significantia, etsi etiam Philistaeorum terram hac natione complectitur. Syrorum autem nomine Palaestinenses quoque comprehendi docent Herod. III, 91; Plin. Nat. hist. V, 21; Pomp. Mela I, 11. Prœter nomen Judaeorum nonnulli scriptores Græci et Romani etiam nomine Hebraeorum utuntur, ut Plut. symp. IV, 5; App. b. c. II, 71; Paus. I, 6, 24; V, 7, 3; X, 12, 5; Tac. hist. V, 2 habet „Hebraeas terras“. Poëtae, ut Virg. Georg. III, 12, Luc. III, 216, Juv. VIII, 160, Sil. III. 606 interdum Idume, Idumaeus ponunt pro Judaea, Judaeus. Cf. Heyne ad Virg. Georg. III, 12.

De origine nominis „Judaeorum“ hæc habet Justinus (XXXVI, 2): „Omnes ex nomine Judae, qui post divisionem decesserat, Judaeos appellavit (Israel). Tacitus (hist. V, 2) nomen „Judaeorum“ e nomine Idae montis in Creta insula ductum existimat. Contra ea Cassius Dio XXXVII, 17 de Judaeorum nomine ingenue fatetur: „ἡ ἐπίκλησις αὕτη ἐκείνοις οὐκ οἶδ' ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι.“ Originem nominis Hebraeorum Artapanus (ap. Euseb. pr. ev. IX, 18 ex Alexandro Polyhist.) et Charax (ap. Steph. Byz. s. v. Ἑβραῖοι) a nomine Abrahami repetunt. Alexandri Polyhistoris verba hæc sunt: „Ἀρτάπανος δέ φησιν ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι Ἑρμιοῦθ, ὃ εἶναι μεθερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Ἰουδαῖοι· καλεῖσθαι δὲ αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου.“ Ad ea Vigerus hæc annotavit: „Ἑρμιοῦθ pro Ἐρμιοῦδ, ut videtur, nisi etiam ita legendum est; nam hanc vocem ex duabus coaluisse dici potest: Aram et Jud, quasi Syro-Judaeos; at communi Syrorum nomine profani scriptores Judæos sæpe designant.“

Nobilissimam urbem gentis Judaicæ ethnici scriptores Latini vocant Hierosolyma, in genitiro plerumque Hierosolymorum, generis neutrius, neque vero non generis feminini, in genitivo Hierosolymae, ut Sueton. Octav. 93. Pluralis formam ubique restituendam putabat Oudend. ad eum locum, sed illa forma permultis locis scriptorum in optimis libris reperitur. Cf. Reisig, Vorless. p. 113. Neque minus Græcis et ἡ Ἱεροσόλυμα et τὰ Ἱεροσόλυμα promiscue dicta sunt. — Urbs id nomen accepisse dicitur vel a conditore Hierosolymo, qui filius Typhonis fuisse ferebatur (Plut. Is. et Os. 31; cf. Tac. hist. V. 2), vel a Solymis (Tac. hist. l. c.), unde „Σόλυμα“ Pausanias VIII, 16, 3 et „Solymae leges“ Juv. VI, 544, cf. Mart. epigr. VII, 54. Nomen Hierosolymorum significare templum Solymae, quam Paus. VIII, 6 Hebræorum urbem nuncupat perantiquorum, vel potius templum Solymorum, nemo non concedet. Quantum hujus nominis historiam persequi licet, id primum in usu fuisse videtur apud Hecat. Abder. cf. Jos. contra Ap. I, 22. Exinde in consuetudinem venisse videtur apud scriptores saec. II. a. Chr. Haud raro enim reperitur apud Eupolemum, cf. Euseb. pr. ev. IX, 30, Manethonem, cf. Jos. c. Ap. I, 26, et Lysimachum, cf. Jos. ib I, 34. — Eupolemus ap. Eus. pr. ev. IX, 34 scribit, templum Hierosolymis a Salomone conditum cum „ἱερὸν Σολομῶνος“ antea vocaretur, postremo etiam ipsam urbem a templo corrupte „Ἱερουσαλήμ“ esse appellatum. („Προσαγορευθῆναι δὲ πρῶτον μὲν τὸ ἀνάκτορον ἱερὸν Σολομῶνος, ὕστερον δὲ παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων φερωνύμως Ἱεροσόλυμα λέγεσθαι.“) Lysim. autem ap. Jos. c. Ap. I, 34. nugatur, illam

urbem dictam „Ἱερόσυλα“, propterea quod Judæi „τὰ ἱερὰ συλῶντες“ καὶ „ἐμπρήσαντες“ eam condidissent. — Utrum Cadytis urbs, de qua Herodotus pluribus locis (II, 159. III, 5) mentionem facit, pro Hierosolymis, an pro Gaza sit habenda, adhuc inter viros doctos est controversia. Cf. Baehr ad Her. l. l., Hitzig, de Cadyti urbe Gott. 1829.

B. De origine gentis Judaïcæ quæ tradiderunt ethnici scriptores Græci et Latini.

§. 2.

De origine gentis Judaïcæ ethnici scriptores Græci ac Romani et inter semet ipsos et cum sacrarum litterarum auctoribus in eo consentiunt, quod eam non pro gente habent, cujus sedes antiquitus in Palæstina fuerit, sed pro gente, quæ aliunde in illam terram immigraverit. Unde autem venerit, et quo tempore ac quibus de causis quaque ratione, de his omnibus illi ethnici scriptores valde diversas habent opiniones. Plurimi auctores consentiunt, Judæos advenas in Palæstinam esse ex Aegypto pulsos.

§. 3.

Tacitus (hist. V, 2. 3) opiniones et narrationes de origine gentis Judaïcæ suo tempore vulgatissimas breviter sub unum conspectum composuit. Neque vero, quid sibi ipsi de hac re videatur, distincte prolocutus est. Nonnulli viri docti, ut Ernestius, eam rationem, qua Tacitus hanc rem pertractravit, haud probandam egregioque historico indignam existimarunt. Ernestius enim ad Taciti l. c. hæc annotavit: „Illud ab initio mirari libet, qui commiserit Tacitus, ut Josephi libros non consuleret, qui illis temporibus non obscuri erant Romæ, et e scriptoribus potius externis hauserit, quam ex auctore Judaïco. Verum hoc quoque pro Tacito dicam, non omnia eum pro certis tradere, sed, quæ vulgo traderentur, in compendium congesta lectoribus proponere voluisse.“ Broterius autem ad eundem locum: „Mirum videri potest et plerisque solet, Tacitum tam fabulosa de Judæis et portentosa de eorum origine fuisse commentum, ea potissimum aetate, qua res Judaïcæ capta Judæa in Urbe pernotuerant. Quod tamen haud ita mirabuntur, si attenderint, Tacitum scripsisse historias, quum florentissimum esset imperium Romanum, vix suarum religionum nedum exterarum curiosum; Judæorum originem historiamque multorum scriptorum mendaciis jam pridem fuisse obscuratas; Judæos demum ob cærimonias sacraque a ceterarum gentium ritibus alienissima Romanis jam dudum invisos et tum ob cladem suam fuisse despicatissimos. Tacitus igitur, Judaicis traditionibus neque credulus neque penitus incredulus, partim Judæorum, partim exterorum scriptorum e memoria, quæ ipsi probabilia videbantur, selegit, ut gentis primordia aperiret.“ Ac Mueller (Theol. Studien u. Kritt. 1843 p. 898): „Ernesti hat dem Römischen Geschichtschreiber (Tacitus) den Vorwurf gemacht, dass er nicht die damals in Rom nicht unbekannten Schriften des Josephus zu Rath gezogen habe. Ich will es dahin gestellt sein lassen, ob er den Jüdischen Krieg desselben benutzte; diese Schrift lag seinem ganzen Zwecke näher und konnte ihm bekannt sein. Aber die „Alterthümer“ und die Schrift über das Alterthum der Jüdischen Nation kannte er gewiss nicht; und ich kann ihm daraus keinen Vorwurf machen. Ebensogut könnte man von ihm fordern, dass er ein Evangelium und die Apostelgeschickte sich hätte verschaffen sollen, um über die Christen ein richtigeres Urtheil abgeben zu können. Tacitus lebte im Kreise der antiken Welt und Schriftgelehrsamkeit und benutzte wie Andere über solche Dinge die Werke der Griechen oder die unter den Gelehrten gangbaren Vor-

stellungen. Den Weg der wahren Kritik aufzufinden, wäre für ihn ein beinahe übermenschliches Ueberschreiten des menschlichen Entwicklungsgange gewesen."

§. 4.

Index omnium narrationum de origine gentis Judaicæ, quæ reperiuntur apud Græcorum Romanorumque ethnicos scriptores, qui hodie exstant.

I. Judæi oriundi sunt a sapientibus Indorum.
II. Judæi originem habent a Sparto Udæo.
III. Auctor gentis Judaïcæ, Judæus, hujusque frater, Idumæus, sunt filii Semiramis.
IV. Auctores gentis Judaïcæ, Judæus et Hierosolymus, sunt filii Typhonis.
V. Judæi sunt Creta insula profugi.
VI. Judæi originem ducunt a Solymis.
VII. Judæi sunt proles Aethiopum.
VIII. Judæi sunt Assyrii convenæ.
IX. Judæi sunt colonia Aegyptiorum.

§. 5.

I. Judæi oriundi sunt a sapientibus Indorum.

Ex viris eruditis Græcorum qui primus de origine gentis Judaïcæ disputasse, quin etiam primus nomina Judaeae, Judaeorum et Jerusalem cognosse traditur, philosophus ille Stagirites esse videtur, doctus præceptor Alexandri Magni. Etenim Clearchus Solensis, unus ex hujus discipulis, in quodam fragmento libri „de Somno" apud Jos. c. Ap. I, 22 et Eus. pr. ev. IX, 5 Aristotelem hæc facit loquentem: „Οὗτοι (οἱ Ἰουδαῖοι) δ᾽εἰσὶν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς Καλανῶν, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαίων τοὔνομα λαβόντων ἀπὸ τοῦ τόπου. Προσαγορεύεται γὰρ ὃν καοικοῦσι τόπον, Ἰουδαία, τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν." Aristoteles, ut Judæos cum illis Indicis Calanis compararet, eo adductus esse videtur, quod Calani, ex quibus unus in exercitu Alexandri Magni omnium oculos ad sese converterat, apud Græcos magnam famam religionis, pietatis, moriendique contemptus habebant, quam admirationem teste Hec. Abd. ap. Jos. c. Ap. I, 22 Judæi etiamtum Macedonibus movebant.

Theophrastus quoque ap. Eus. pr. ev. IX, 2 pariter Judæos tanquam partem Syrorum ac gentem philosophicam commemorat his verbis: „φιλόσοφοι τὸ γένος ὄντες (sc. οἱ Ἰουδαῖοι)."

Neque minus Megasthenes in quodam fragmento ex libro „de rebus Indicis" ap. Clem. Alex. στρώμ. I, 305 et Eus. pr. ev. IX, 6 Judæos Indorum philosophis pares judicat his verbis: „Ἅπαντα μέντοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι, τὰ μὲν παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων."

Cum hisce sunt conferenda, quæ Diog. Laert. habet, vit. philos. prooem. §. 9: „Κλέαρχος ὁ Σολεὺς . . . . τοὺς Γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων φησίν. ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶναι." Nimirum valde differt ab his Celsi de Judaïcæ gentis origine opinio, quam legimus apud Orig. c. Cels. IV, 33. Namque eo auctore Judæi originem ducunt ab impostoribus. Verba autem ipsa hæc sunt: „Φησὶν, ὡς ἄρα ἐπεχείρησαν γενεαλογεῖν αὐτοὺς ἀπὸ πρώτης σπορᾶς γοήτων καὶ πλάνων ἀνθρώπων, ἀμυδρὰς καὶ ἀμφιβόλους φωνὰς, ἐν σκότῳ που κρυφίους, ἐπιμαρτυρόμενοι, καὶ τοῖς ἀμαθέσι καὶ

ἀνοήτοις παρεξηγούμενοι, καὶ ταῦτα μηδὲ πώποτ' ἐν πολλῷ τῷ πρόσθεν χρόνῳ τοῦ τοιοῦδε μηδ' ἀμφισβητηθέντος."

§. 6.

II. Judæi sunt progenies Udæi, unius ex Cadmi Spartis.

A Claudio Jolao, sive Julio, qui fertur scripsisse librum de rebus Phœniciis, ap. Steph. Byz. s. v. Ἰουδαία, auctor gentis Judaïcæ perhibetur: Ἰουδαῖος Σπάρτων. Neque vero dubitandum est, quin pro „Ἰουδαῖος", h. l. legendum sit „Οὔδαῖος", ita ut auctor loquatur de Udaeo, uno ex illis quinque Spartis Cadmeis, qui post pugnam supererant (Apollod. III, 4, 1, Paus. IX, 5, 1, Schol. Eur. Phoen. 949. Cf. Jablonsky, opp. III, 261, 599). Alii interpretes, „Σπάρτων" pro „Σπαρτιατῆς" positum esse rati, ut Bochartus (Can. I, 22), Jolai verba referunt ad illam cognationem, quam ex pluribus locis libri I Maccab. perhibent fuisse inter Lacedæmonios et Judæos. Cf. Winer, bibl. Realw. s. v. Sparta.

§. 7.

III. Judæus, auctor gentis Judaïcæ, ejusque frater, Idumæus, sunt filii Semiramis, reginæ Babyloniæ.

Apud Stephanum Byz. s. v. „Ἰουδαία" Alexander Polyhistor ait, Judaeum, auctorem gentis Judaïcæ, hujusque fratrem Idumaeum fuisse filios Semiramis reginæ Babyloniæ.

Idumaeum (s. Edom-Esau), auctorem gentis Idumaeornm (s. Edomitarum), fratrem auctoris gentis Judaeorum appellari, id cum iis congruit, quæ sacræ litteræ de hac re docent. Cf. Gen. XXXVI, 1; IX, 43. Scilicet Judaeus a gentilibus pro Jacobo-Israële positus est. Sed qua ratione Judaeus, auctor gentis Judaïcæ, atque Idumaeus, auctor gentis Idumæorum, filii Semiramis reginæ dici potuerint, ex iis satis intelligetur, quæ infra (§. 12) proferentur ad eam narrationem illustrandam, ex qua Judæi ex Assyria in Palæstinam migrarunt. Ceterum Justinus XXXVI, 2 ait, eandem Judæis Damascenam esse originem atque Assyriis regibus ex regina Semirami. Etiamsi igitur hoc auctore non, ut Alexander Polyhistor in illo loco apud Steph. Byz. vult, Judaeis atque Assyriis regibus eadem mater Semiramis est, tamen utrique eandem habent patriam, „nobilissimam civitatem Damascum". Plura de ea re infra §. 12.

§. 8.

IV. Auctores gentis Judaïcæ, Judæus et Hierosolymus, sunt filii Typhonis.

Hanc mythicam narrationem re vera solus Plutarchus habet in libro, qui inscribitur „de Is. et Os.", c. 31. Namque Tacitus, etsi hist. V, 2 Hierosolymum cum „Juda" consociat, tamen de his non loquitur tamquam de auctoribus, sed tamquam de ducibus gentis Judaïcæ. Plutarchi autem verba l. l. hæc sunt: „Ἐπὶ ὄνου τῷ Τυφῶνι τὴν φυγὴν ἑπτὰ ἡμέρας γενέσθαι καὶ σωθέντα γεννῆσαι παῖδας Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον." — Apparet, eam opinionem natam esse acerrimo illo Judæorum odio, quod post Alexandrum Magnum per Aegyptum ac præcipue Alexandriæ exarserat sub primis regibus ex stirpe Ptolemæorum, quorum nonnulli, ut Ptolemaeus Lagi et Ptol. Philadelphus, Judæorum genti valde favebant. Etenim Typhon veterum Aegyptiorum Satanas erat, ad quem referebant, quidquid adversi accidebat, „πάντα καὶ ζῷα καὶ φυτὰ καὶ πάθη τὰ φαῦλα καὶ βλαβερὰ Τυφῶνος ἔργα καὶ μέρη καὶ κινήματα ποιούμενοι", ut tradit Plut. in libro de Is. et Os. — In ejusdem libri alio

loco Phrygum historiæ citantur, ex quorum opinione Typhon est Isaaci filius, qui fuit ex stirpe Herculis (Ἰσαιακοῦ τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφών). — Bochartus (Hierot. I, p. 341) et alii viri docti sub Typhonis persona latere Mosen putarunt illiusque fugam pro Mosis excessu ex Aegypto esse habendam. Asino illum vectum esse dicunt, quomodo describatur Moses Exod. IV, 20.

§. 9.

V. Judæi Creta insula profugi.

„Judæos, Creta insula profugos, novissima Libyæ insedisse memorant, qua tempestate Saturnus vi Jovis pulsus cesserit regnis."

Sic Tac. hist. V, 2, qui hæc addit: „Argumentum e nomine petitur; inclytum in Creta Idam montem, accolas Idaeos aucto in barbarum cognomento Judaeos vocitari"; et c. 4: „Alii (ferunt) honorem eum (otium VII. die) Saturno haberi, seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu etc." — Hanc mythicam de origine gentis Judaïcæ narrationem nemo habet ex ethnicis scriptoribus, qui exstant, præter Tacitum l. c. — Plerique interpretes Tacito auctore solam nominum similitudinem (Ida, Jdaeus, Judaeus) omnes has fabulas peperisse arbitrantur, ut Hoeckius, Cret. II, p. 367: „Aus der blossen Namensähnlichkeit der Juden mit den Idaeern Creta's floss, was Tac. hist. V, 2 giebt." Cf. Winer, bibl. Realw. II, p. 299; Movers, Phoen. I, p. 28. Contra ea J. G. Mueller l. l. p. 948: „Es scheint mir einleuchtend, dass bei dieser ganzen Tradition, Mythenbildung und Combination die zufällige Namensähnlichkeit zwischen Idaeern und Judaeern erst hinterher auffiel und also nur eine secundäre Rolle gespielt hat. So geschieht es gewöhnlich, dass das Wortspiel — und das sind doch gewöhnlich solche alte Etymologieen — erst eine Folge der beobachteten Aehnlichkeit, eine Folge des Witzes ist, nicht eine Ursache. Hier wenigstens hängt auch ohne die Etymologie Alles ganz verständig zusammen, und schwierig und künstelnd dürfte es ausfallen, wenn man bei der Entzifferung unserer Taciteischen Relation von der Annahme eines etymologischen Mythus ausgehen wollte, demzulieb alle anderen Elemente erdichtet worden wären."

Tres potissimum h. l. res, ut omnia satis illustrentur, mihi quidem videntur perquirendæ: b) Judaeos Creta insula profugos esse, b) Judaeos novissima Libyae insedisse, c) Saturnum, vi Jovis pulsum, cessisse regnis.

a) Judaei (Idæi) insula Creta profugi.

Ad obscuram eam rem satis explicandam interpretes confusionem duarum gentium ex iis, quas communi Semiticarum nomine hodie complecti consuevimus, Judaeorum et Phoenicum, vel Philistaeorum (Crethim s. Caphthorim) in hac narratione dicunt esse admissam; ad quod probandum quibusdam sacrorum librorum V. T. locis usi sunt. Sic Broterius ad h. l. Taciti: „Gens Cretim (I. Reg. XXX, 16, Zeph. II, 5) Judæam inter et Phœnicen habitasse memoratur, utrique ita contermina, ut Palæstinenses nonnumquam Cretim nomine designentur et pars fuerint Phœnices, unde coloniæ in Cretam insulam missæ, cujus et portus Phœnix fuit; cf. Steph. Byz. s. v. Ἰθανός, Act. Ap. XXVII, 15, Ptolem. III, 17. Præterea Lacedæmonii plurimas urbes in Creta condidere et Judæos fratres suos esse gloriabantur. Cf. Strab. X, 4, I. Maccab. XII, 21. Antiqua ergo fuit Judæorum et Cretensium

consanguinitas, Judaïcaque progenies fuere Cretenses; cf. Theodoret. ad Zeph. II, 5, qui quosdam e Creta in maritima Palæstinæ loca venisse putabat." Bruns comment. ad h. l. Tac. in Pottii sylloge comm. theol. III, p. 208 sqq.: „Philistæi incolæ oræ maritimæ inter Palæstinam et Aegyptum a scriptoribus Græcis et Romanis confunduntur cum Judæis, qui interiora incolebant." Hinc facile fieri potuit, ut, quæ de illis veteres vel scirent vel audirent, etiam ad hos transferrent. Juxta Philistæos autem Judæam inter et Phœnicen habitabant Cretim, (Ez. XXV, 16, Zeph. II, 5), quibus locis LXX „Κρῆτας" reddiderunt. Commune etiam aliquid Orientalibus cum Cretensibus fuisse, ex Steph. Byz. loco de urbe Gaza patet, ubi refert, hanc urbem et Minoam a Minoe illuc profecto cum fratribus fuisse appellatam et hinc quoque cultum apud Gazæos Jovem Cretensem, quem Marnam i. e. Cretagenem vocant. Quando idem Tacitus narrat, Judæos novissima Libyæ insedisse, depingit statum hominum migrantium, s. Philistæorum, cujus nominis etymon in lingua Aethiopica migrationem denotat, s. Hebræorum hoc cum Philistæis commune habentium. — — — Ceterum nomen ipsum, quo tota Judæorum terra designatur, Palaestina, aperte ex nomine Philistaeorum desumptum est, et incolæ terræ Judaïcæ nomine Syrorum Palaestinorum a Græcis prius, quam Hebraei vel Judaei laudantur. Cf. Her. II, 104; III, 5; VII, 89." — Contra ea Hoeckius, (Creta II, 367) hæc habet: „Zu den grossen historischen Unwahrscheinlichkeiten rechne ich den vermeintlichen Ursprung der Philister oder eines Theils desselben, der Caphthorim, aus Creta. Es ist bekanntlich eine durch ältere und neuere Erklärer des A. T. verbreitete Meinung, das als Insel- oder Küsten-Land bezeichnete Caphthor, von wo aus die Caphthorim in die südlichen Gegenden von Canaan wandern, sei die Insel Creta — (Gen. X, 14; Ter. XLVII, 4; Am. IX, 7). Die schwankende Deutung von Caphthor und Cretim berechtigt nicht zu dieser Annahme etc." Sed idem (Creta I, 76): „Es haben sich uns genug Beweise erhalten, welche das Hinüberkommen der Phoenicier nach Creta zur historischen Thatsache erheben." Movers (Phœn. I, p. 27): „Creta war nächst Cypern und Rhodus unter den Inseln des Mittelmeeres ein Hauptsitz Phœnicischer Ansiedler. Daher nennt die Sage es als einen alten Wohnsitz barbarischer Völker, die Minos von da nach Carien, Lycien, Syrien, Palästina und Africa (Tac. hist. 5, 2) vertrieben habe. Welche aber diese alten Bewohner waren, darüber geben die biblischen Schriftsteller einen Wink, welche Philister oder Creten von Caphthor nach Palästina zurückkommen lassen (Am. IX, 7), und Caphthorim drangen in das spätere Philistäische Gebiet ein (Deut. II, 23; Jer. XLVII, 4) u. s. w. Mueller, comm. p. 945: „Herodot (I, 173, VII, 171) zufolge sind die Urbewohner Creta's Barbaren und erst seit Minos zählte man die Creter zu den Hellenen. Was für Barbaren? Thucyd. (I, 8) zufolge waren die meisten Inselbewohner vor Minos Carer und Phoenicier. — — — Mit einem Worte, die Taciteischen Idaeer, die Homerischen Eteocreter, die vorhellenischen Bewohner der Insel können keine andern sein, als Phoenicier u. s. w.

b) Judaei (Idaei) novissima Libyae insederunt.

Quæ ad eam partem narrationis illustrandam protulerunt Broterius et Brunsius, v. supra. Recentiores interpretes (ut Mueller in comm. jam sæpius laudata) rem ad illas Herculis Cretensis (Diod. Sic. IV, 17; V, 64), qui et ipse e numero Idæorum Dactylorum erat, expeditiones cum variis nationibus ex Oriente in terras occidentales ad constituendas colonias referendam esse sibi persuaserunt. Movers, Phœn. II, 2, p. 110 hæc habet: „In

den Mythen der zweiten Classe erscheint Heracles als ein aus Asien kommender Eroberer, welcher Kriegsheere aus allerlei Völkern in die Westländer führt, mit denen er Städte und Länder colonisirt. Dieser zweite Mythenkreis war den älteren Griechen unbekannt; erst in Alexanders des Grossen Zeit, als die reiche Sagenzeit des Orients ihnen näher bekannt wurde, lernten sie in Heracles den grossen Eroberer kennen, und nachdem auch die westlichen Länder, Africa, Sardinien, die Balearen und Iberien nach den Punischen Kriegen bekannt geworden, begegnen wir auch hier einem grossen Kreise ähnlicher Mythen, die in den Phönicischen Colonialländern des Westens heimisch und in die älteste Geschichte überall verflochten waren." Ibidem p. 113: „Heracles kommt nach Sallust's Darstellung (Jug. 17, 18) der Punisch-Numidischen Sage mit einem Heere, welches aus allerlei Völkern zusammengesetzt ist, 'in die Westländer.' Seine Begleiter sind hier Asiaten, wie auch nach Just. LXIV, 4, 15. Nach Diodor's Darstellung (IV, 19) zieht Heracles seine Armeen, bestehend aus einer grossen Menschenmenge von allerlei Völkern in Creta zusammen und zieht von da nach Africa und weiter nach Spanien." Ibid. p. 114: „Schon Alexander Polyhistor (bei Jos. antiqq. I, 15, 1) meldet in genealogischer Verknüpfung biblischer Namen mit der Maurischen Sage, wie Arabische Stämme mit Heracles nach Africa gewandert seien." Ibid. p. 407: „Nach einer genealogischen Combination bei Jos. (antiqq. I, 15, 1) nach einem Fragment des Cleodemus bei Alex. Polyh. war der biblische Epher (Gen. XXV, 1. 4), ein Sohn Abrahams und der Ketura und Name eines Arabischen Stamms, mit Heracles nach Africa gezogen." Muelleri autem verba l. l. p. 948 hæc sunt: „Es kann nach dem ganzen Zusammenhang der Worte des Tacitus von keinem andern Zuge von Creta aus nach Libyen die Rede sein, als von dem bei Diod. IV, 17 erzählten des Hercules. Der Phönicische Hercules auf Creta gehört aber nach Paus. IX, 27. VIII, 31 mit zu den Idæischen Dactylen. Diod. erzählt nun, Hercules habe in Creta eine grosse Heeresmacht gesammelt, sei von da nach Libyen übergeschifft u. s. w. So musste Libyen wegen der den Griechen bekannten Herculessage das Mittelglied zwischen Creta und Palästina bilden." — Quæ igitur antea (sensu mythico) de Idaeis (quicunque fuerunt), dicta erant, ea Taciti narratione in Judaeos translata videntur; quod propter nominum similitidinem facillime fieri poterat.

c) Saturnus vi Jovis pulsus cessit regnis.

Apparet, hæc verba de commutato Deorum cultu esse accipienda. Saturnus, Κρόνος, Baal, Belus erat supremus deus omnium gentium, quas dicunt Semiticas; etiam Judæorum Deus a Græcis Romanisque pro Saturno habebatur. Saturni autem cultus Minois tempore in certamen venit cum cultu Jovis in insula Creta (cf. Hoerk, Cr. I, 171). Eo certamine victus est vi Jovis Saturnus Insulaque pulsus cum suis Idæis. — Apud multas antiquas gentes cum Semiticas tam alias fuisse famam de pulso quodam vel fugiente Saturno, docet Moversius (Phœn. II, 2, p. 60 sqq.). Ceterum etiam Min. Fel. de Saturno ex Creta profugo fecit mentionem Oct. 22, 8.

§. 10.

VI. Judæi sunt oriundi a Solymis.

Hanc quoque narrationem de origine gentis Judaïcæ, unum apud Tacitum legimus hist. V, 2. Inest in ea illorum opinio, qui Solymos, carminibus Homeri celebratam

gentem, Judæorum putant esse proavos, qui conditae urbi Hierosolymam nomen e suo fecerint. Commemorantur Solymi ap. Hom. Il. VI, 184. 204; Od. V, 284 ac præterea a Chœrilo poeta celebrantur illo carminis de bello Persarum fragmento ap. Jos. c. Ap. I, 22 (rep. Eus. pr. ev. IX, 9). Verba ipsa hæc sunt:

„Τῶν δ'ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι, Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στόματος ἀφιέντες, Ὤικουν δ'ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ παρὰ λίμνῃ, Αὐχμαλέοι κεφαλάς, τροχοκουράδες· αὐτὰρ ὕπερθεν Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουν ἐσκληκότα καπνῷ."

Alii veterum scriptores, ut Herod. I, 173, Solymos tradunt esse Milyos, alii, ut Strabo XIV, 3 et Eusthat. ad Hom. Il. VI, 184 Lycios, alii, ut Plin. h. n. V, 30 et Steph. Byz. Pisidas. Sed omnes in eo consentiunt, quod sedem eorum Asiam minorem fuisse significant. Eratosthenes ap. Plin. 1. l. Solymorum gentem tunc non jam fuisse docet. Jos. autem l. l. illis Chœrili poëtæ verbis Judæorum gentem dicit describi, quia et latissimus lacus Asiæ ad Occidentem vergentis sit mare mortuum et Judæi valde montuosam incolant terram. Contra ea nostræ actatis viri docti, quamvis concedant illos Homeri et Chœrili Solymos, utpote qui ex Semitis sint, sensu latiore fuisse Hebraeos atque Judæorum cognatos, tamen negant, illos Solymos Judæorum esse proavos cum propter linguam, qua usi sint, tum propter tonsuram capilli, quæ lege Mosaïca minime sit permissa (cf. Levit. XIX, 27), tum propter præcipuum Saturni cultum, qui apud eos fuerit institutus (Plut. de orac. def. 28); v. Movers, Phœn. I, p. 15. 361. Ex omnibus, quæ ad eam rem explanandam protuli, id quidem mihi videtur effici, ut hanc quoque de orgine gentis Indaicae narrationem a similium quadam nominum permutatione Judæorumque cum Phœnicibus confusione profectam esse anbitremur.

§. 11.

VII. Judæi Aethiopum proles.

Eam quoque de origine gentis Judaicæ narrationem, quæ Judæos facit Aethiopum prognatos, solus Tacitus, hist. V, 2 memoriæ prodidit idque his verbis: „Plerique, Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedes perpulerit." — Quinam sunt isti Aethiopes? quæ horum patria? Distinguenda est Aethiopia mythica a vera; ita narratio Tacitea, quamvis sit ambigua et obscura, tamen nescio an facilior fuerît intellectu. Hæc enim quasdam partes continet, quæ docent, non veram illam Aethiopiam esse cogitandam in Africa supra Aegyptum sitam, sed mythicam, i. e. Asiaticam, in primis Phoenicen, cf. Hom. Od. I, 24, 25; 18, 83. Cepheus, conjux Cassiopeiae, pater Andromedae, ut apud Tacitum, sic apud mythographos est rex Aethiopiæ. (Cf. Con. narr. 40, Hygin fab. 64, Appollod II., 1, 4; 4, 3). Locus, ubi fabula Andromedæ acta sit, Phoenice appellatur (Strabo, I, 2; cf. XVI., 2, Con. narr. 40), sed vera hujus sedes dicitur Jope. (Plin., h. r. 9, 5, cf. 5. 13; Pomp. M., I. 11; Paus., 18, b. Jos., 6. J. III. 9). Posteriorum temporum geographi, ut Strabo, I veterem Homericam de Aethiopia opinionem cum recentioribus conjungere studebant; at mythographi Phœnices seu antiquos Aethiopes cum veræ sive Africanæ Aethiopiæ incolis cognatione conjunctos esse docebant. „Phoenices — sic videntur sibi persuasisse mythographi illi — Africanorum Aethiopum sunt prognati: aliqua causa, metus vel odium, partem eorum ex sedibus Africanis perpulit in Asiaticas, ubi Cepheo rege magnum condebatur regnum, cujus caput erat Jope." — Aliquanto post, quia Judæi cum Phœnicibus confundebantur, omnis mythus ab his ad illos translatus est; id

quod eo facilius fieri poterat, quia tunc Jope re vera Judæorum urbs erat, (Paus, IV, 35, 6; Plin h. n. IV, 4 cf. V, 14) in quorum ditionem venerat per Maccabæos. Pæne omnia, quæ usque adhuc ad illustrandam hancce Taciti narrationem commemoravi, ex egregia illa Muelleri commentatione sæpius laudata sunt depromta. Aliam conjecturam ab illa aliquo modo discrepantem, mihi quidem non minus probatam, proposuit Moversius (Phoen. II, 1, p. 278 sqq), quam ipsius verbis h. l. interponere non dubitavi: „Als die Länder und Völker des mittleren Asiens den Griechen noch nicht näher bekannt waren, pflegten diese die weiter nach Osten wohnenden Asiaten, besonders die Assyrer und Babylonier, Aethiopen zu nennen. Wo von einem Aethiopenreich der asiatischen Vorzeit, wo von Aethiopen in Klein-Asien, Phönicien, Palästina, Cypern bei altgriechischen Schriftstellern die Rede ist, da hat man stets an sie zu denken.“ Id auctor exemplo Memnonis Aethiopis demonstrare tentavit; exinde p. 282 ita pergit: „Eine andere Spur von einem bis zu den palästinensischen Küsten ausgedehnten Assyrerreiche hat sich in der Mythe von einem Staate der Aethiopen erhalten, welcher bis Philistäa reichte. Schon Homer, Od. IV, 84 erwähnt Aethiopen an dem palänensischen Gestade, südlich von Phönicien; da ihm das eigentliche Aethiopien am Ost- und Westrande der Erde am Oceanus lag (Cf. Hom. Od. I, 25), so ist hiermit die altgriechische Vorstellung angedeutet, wonach ein Aethiopenreich vom westlichen Ende der Erde bis ans Mittelmeer reichte und hiernach den Landstrich südlich von Phönicien umfasste.“ — P. 288. „Spuren, wonach Jope, die Stadt des äthiopischen Königs Cepheus, von Assyrien her gegründet ist: Die Einwohner waren der Sage nach aus „Aethiopien“ eingewandert, wie Plin. VI, 35 berichtet, der freilich nach dem gewöhnlichen Irrthum der Späteren, die keine asiatischen Aethiopen mehr kennen, die Africanischen versteht. Tacitus, welcher ebenfalls nach einer gangbaren Ansicht, wonach man die Sagen in diesem Theil des spätern Judäa mit der Geschichte der Juden combinirte, unter den äthiopischen Einwanderern die Juden überhaupt versteht, kannte darüber noch mehrere Mythen, welche diese Wanderung unter Cepheus von verschiedenen Motiven ableiten (cf. hist. V, 2, „metus atque odium“). Wie aber überall da, wo die eine Mythe in Vorderasien Aethiopen kennt, ihr eine andre zur Seite geht, die sie nach geschichtlicher Auffassung Assyrier nennt, so werden auch wiederum nach dem eben bemerkten bei den Alten durchgreifenden Irrthum der Juden, in Verwechslung dieser Küstenbewohner, von einem Sohne der Semiramis abgeleitet und sie selbst als „Assyrii convenæ“ (Tac. l. l.) bezeichnet.“

§. 12.

VIII. „Judaei Assyrii convenae.“

Alia veterum de origine gentis Judaïcæ narratio Judæos facit Assyrios. Namque apud eundem Tacitum ibidem, hist. V, 2, hæc legimus: „Sunt qui tradant, Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox proprias urbes Hebræasque terras et propiora Syriæ coluisse. Broterius ad eum locum hæc annotavit: „Est ipsissima Judæorum traditio, cf. Gen. XI, 31; XII, 12; XIV, 13; XLI, 55; XLII, 1 sqq; XLVII, 4, 11; Exod I, 1 sqq. et l. Jos.“ Item Ernestius: „Hic in bonum auctorem incidit Tacitus et hæc verissima traditio, nam Judaïcæ gentis origo e Mesopotamia, quæ est veteris regni Assyriaci pars.“ — Primum quæramus: Quinam sunt isti Assyrii, qui parte Aegypti potiti dicuntur? Etenim Assyriæ nomine veteres cum sacrorum librorum auctores, tum vero ethnicos scrip-

tores vario sensu usos esse constat; ita ut illud nomen modo **totum Assyriorum imperium**, quod plures terras Asiæ ad Occidentem vergentis complectebatur modo hujus imperii **partem** significet. Itaque illa Ernestii explicatio minime fuerit contemnenda. Imprimis autem h. l. animadvertenda videtur illa **Syrorum** cum **Assyriis** permutatio; quæ nimirum apud veteris Testamenti auctores non reperitur, sed eo frequentius apud Scriptores ethnicos, cf. **Strabo** II, 84; XVI, 1. **Her.** III, 5; VII, 63. **Just.** I, 2. 13. **Virg.** Georg. II, 464, cf. **Valkenaer** ad **Herod.** II, 30. Quæ cum ita sint, haud dubito, priorem **Justini** (Trogi Pompeji) de origine gentis Judaïcæ narrationis partem huc adjungere, utpote quæ, quod caput rei est, cum narratione Tacitea congruere videatur. **Justini** verba, quæ XXXVI, 2 legimus, hæc sunt: „Judæis origo Damascena, Syriæ nobilissima civitas, unde et Assyriis regibus genus ex regina Semirami fuit. Nomen urbi a Damasco rege inditum, in cujus honorem Syri sepulcrum Arathis, uxoris ejus pro templo coluere deamque exinde sanctissimæ religionis habent. Post Damascenum Arelus, mox Adores et **Abraham** et **Israhel** reges fuere. Sed Israhelem felix decem filiorum proventus majoribus suis clariorem fecit. Itaque populum in x regna divisum filiis tradidit omnesque ex nomine **Judae**, qui post divisionem decesserat, **Judaeos** appellavit colique ejus memoriam ab omnibus jussit. Ejus portio omnibus accesserat. Minimum ætate inter fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, a quibus deportatus in Aegyptum cum magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percarus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat et somniorum primus intelligentiam condidit nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur, adeo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos providerit periissetque omnis Aegyptus fame, nisi monitu ejus rex edicto servari per multos annos fruges jussisset tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur. Filius ejus Moses fuit, quem præter paternæ scientiæ hereditatem etiam formæ pulchritudo commendabat.“ — Syrorum nomine Palæstinenses quoque comprehendi, facile fuerit intellectu (cf. **Her.** III, 91; **Plin.** h. n. V, 21; **Pomp.** M. I, 11). Sed recte quærimus, ex quibus fontibus hauserit Justinus (Trog. Pomp.) illam narrationem, in qua insunt tam diversi generis partes, ut alia cum sacris V. T. libris plane congruant, alia ab eis maxime discrepent. Accuratius **Trogum**, quam alios scriptores ethnicos ea cognosse, quæ in V. T. libris secundum LXX tradita sunt, certum est; sed præter illos libros eum in hac de Judæis narratione ethnicorum quoque scriptis usum esse constat. Imprimis autem duo scriptores h. l. sunt conmemorandi, quorum auctoritatem Trogus secutus esse videtur, **Alexander Polyhistor** et **Nicolaus Damascenus**. Horum uterque res tractat ab **Abrahamo** gestas, ac Nicolaus quidem Damascenus (ap. **Jos**, antiqq. I 51, 2, rep. ap. **Eus.** pr. ev. IX, 16) de hujus regno Damasceno commenmorat his verbis: „Ἀβραάμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ ἔπηλυς σὸν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνα Χαλδαίων λεγομένης. Μετ᾽οὐ πολὺν χρόνον ἐξαναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ εις τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν μετῴκησε καὶ οἱ ἀπ᾽ἐκείνου πληθύσαντες, περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα.“ **Jos.** autem addit: „Τοῦ δὲ Ἀβραάμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῇ τὸ ὄνομα δοξάζεται καὶ κώμη ἀπ᾽ αὐτοῦ δείκνυται, Ἀβραάμου οἴκησις λεγομένη.“

§. 13.

IX. „Judaei colonia Aegyptiorum."

In veterum Romanorum Græcorumque libris nonnullæ reperiuntur narrationes vel breviores, vel copiosiores, quæ Judæos faciunt coloniam Aegyptiorum aut sua sponte deductorum aut vi expulsorum.

1) Tac. hist. V, 2 præter cetera hæc memoriae prodidit de Judæis: „Quidam (memorant) regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Juda proximas in terras exoneratam." — Herodotus tres commemorat deorum ordines, qui antiquitus in Aegypto deinceps regnarint; in tertio ponuntur Isis et Osiris. Manetho, ut tradit Syncellus, suam chronologiam Aegyptiacam exorsus est a duobus deorum ordinibus; in priore ponuntur Isis et Osiris. Pari modo a Diodoro (I, 12) Isis et Osiris in vetustissimo Angyptiorum deorum ordine ponuntur. Utut ea res se habet satis plane et Taciti verbis intelligetur, illam coloniam antiquissima atque adeo mythica ætate esse deductam. Itaque omnino probanda videtur Muelleri (l. l. p. 928) opinio, qui huc referendam censet illam Plutarchi narrationem (Is. 31), supra §. 8 commemoratam.

2) Diodorus (I, 28. 55) Aegyptios ipsos habere Judæos pro sua colonia, his docet verbis: „Οἱ δὲ ουν Αἰγύπτιοί φασι καὶ μετὰ ταῦτα ἀποικίας πλείστας ἐξ Αἰγύπτου κατὰ πᾶσαν διασπαρῆναι τὴν οἰκουμένην . . . . τὸ δὲ τῶν Κόλχων ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀνὰ μέσον Ἀραβίας καὶ Συρίας οἰκῆσαί τινας ὁρμηθέντας παρ' ἑαυτῶν. Διὸ καὶ παρὰ τοῖς γένεσι τούτοις ἐκ παλαιοῦ παραδιδόσθαι τὸ περιτέμνειν τοὺς γεννωμένους παῖδας ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένου τοῦ νομίμου." — Similia jam apud Herodotum (II, 164): „Μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύροι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι."

3) Plane diversa autem est ipsius Diodori de ea re sententia, quam profert ecl. XL, 1. Namque Judæos Aegyptum incolentes in numero habet τῶν ξένων, ἀλλοφύλων, ἀλλοεθνῶν, κατὰ τὴν Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν, λοιμικῆς περιστάσεως γενομένης, ἀνέπεμπον οἱ πολλοὶ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐπὶ τὸ δαιμόνιον. Πολλῶν γὰρ καὶ παντοδαπῶν κατοικούντων ξένων, καὶ διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένων περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας, καταλελύσθαι συνέβαινε παρ' αὐτοῖς τὰς πατρίους τῶν θεῶν τίμας. Ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἐγγενεῖς ὑπέλαβον, ἐὰν μὴ τοὺς ἀλλοφύλους μεταστήσωνται, κρίσιν οὐκ ἔσεσθαι τῶν κακῶν. Εὐθὺς οὖν ξενηλατουμένων τῶν ἀλλοεθνῶν, οἱ μὲν ἐπιφανέστατοι καὶ δραστικώτατοι συστραφέντες ἐξεῤῥίφησαν (ὥς τινές φασιν) εἰς τὴν Ἑλλάδα καί τινας ἑτέρους τόπους ἔχοντες ἀξιολόγους ἡγεμόνας, ὧν ἡγοῦντο Δαναὸς καὶ Κάδμος τῶν ἄλλων ἐπιφανέστατοι. Ὁ δὲ πολὺς λεὼς ἐξέπεσεν εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, οὐ πόῤῥω μὲν κειμένην τῆς Αἰγύπτου, παντελῶς δὲ ἔρημον οὖσαν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. Ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας ὁ προσαγορευόμενος Μωσῆς, φρονήσει δὲ πολλῇ καὶ ἀνδρείᾳ πλεῖστον διαφέρων. Οὗτος δὲ καταλαβόμενος τὴν χώραν, ἄλλας τε πόλεις ἔκτισε, καὶ τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφανεστάτην, ὀνομαζομένην Ἱεροσόλυμα. Ἱδρύσαντο δὲ καὶ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς τιμώμενον ἱερόν." — Moversius (Phœn. I, 35) et Mueller (l. l. p. 922) Diodoro priorem Manethonis de Hyksos seu regibus pastoribus narrationem h. l. pro fonte fuisse opinantur.

4) Quæ Strabo de origine gentis Judaïcæ memoriæ prodidit, libro XVI continentur.

Dicit autem p. 513, (C): „Ἡ κρατοῦσα μάλιστα φήμη τῶν περὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, Αἰγυπτίους ἀποφαίνει τοὺς προγόνους τῶν νῦν Ἰουδαίων λεγομένων. Μωσῆς γάρ τις τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων ἀπῆρεν ἐκεῖσ' ἐνθένδε δυσχεράνας τὰ καθεστῶτα καὶ συνεξῆραν αὐτῷ πολλοὶ τιμῶντες τὸ θεῖον. — — — Ἐκεῖνος μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν εὐγνώμονας ἄνδρας οὐκ ὀλίγους καὶ ἀπήγαγεν εἰς τὸν τόπον τοῦτον, ὅπου νῦν ἐστι τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις κτίσμα."

5) Apion, grammaticus (ap. Eus. pr. ev. X, 10 ex Jul. Afr., ap. eund. X, 11 ex Tatiano, ap. eund. X, 12 ex Clem. Alex.) in quarto historiarum libro: „κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα Ἀμώσιος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωσέα." Teste utitur Ptolemæo Mendesio, qui, κατὰ Ἄμωσιν, φησί, τὸν Αἰγύπτου βασιλέα Μωσέος ἡγουμένου γεγονέναι Ἰουδαίοις τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν. — Idem Apion (ap. Jos. c. Ap. II, 2) hæc memoriæ prodidit de Mose ac de exitu Judæorum ex Aegypto: „Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης, ὃς πατρίοις ἔθεσι κατεγγυημένος κτλ. — — — ὡρίσατο τὴν ἔξοδον (τῶν Ἰουδαίων) ἀκριβῶς κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ φησι Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν. Ὀδεύσαντες γάρ, φησίν, ἓξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν Σάββαθον."

6) Polemonem Just. Mart. (par. 10), Cyrillus (c. Jul. I, 15) Africanus (ap. Eus. pr. ev. X, 10) dicunt, in primo histor. Græc. libro exitum Israëlitarum ex Aegypto Mose duce commemorasse. Verba ipsa, quæ Eusebius affert l. l., hæc sunt: „ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἱ ἐν Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ, οὐ πόρρω Ἀραβίας ᾤκησαν." — Addit Africanus vel Eusebius: „Αὐτοὶ δηλονότι οἱ μετὰ Μωσέως."

7) Item Celsus Judæos partem Aegyptiorum esse judicat, qui per seditionem ab his secesserint. Namque apud Origenem adv. Cels. hæc legimus III, 5: „Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ Κέλσος οἰόμενος τοὺς Ἰουδαίους Αἰγυπτίους τῷ γένει τυγχάνοντας καταλελοιπέναι τὴν Αἴγυπτον κτλ." Ac IV, 31 „φησὶν ὁ Κέλσος, Ἰουδαίους ἀπ' Αἰγύπτου δραπέτας γεγονέναι κτλ." —

Ceteri omnes, qui jam sequuntur, auctores Judæos perhibent coloniam Aegytiorum propter lepram patria expulsorum.

8) Manethonis duæ exstant apud Josephum (c. Ap. I, 14 et I, 26) narrationes, quarum utramque nonnulli viri docti ad exitum Israëliturum ex Aegypto referunt, alii neutram. Harum priori (I, 14) inest historia de Hyksos, s. regibus pastoribus, posteriori (I, 26) historia de leprosis Aegyptiis. Forsitan tantummodo hæc ad Judæos fuerit referenda, his verbis conscripta: „Ἀμένωφιν, φησι, ἐπιθυμῆσαι θεῶν γενέσθαι θεατήν, ὥσπερ Ὧρος, εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων. ἀνενεγκεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ὁμωνύμῳ μὲν αὐτῷ Ἀμενώφει, θείας δὲ δοκοῦντι μετεσχηκέναι φύσεως κατά τε σοφίαν καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων. Εἰπεῖν οὖν αὐτῷ τοῦτον τὸν ὁμώνυμον, ὅτι δυνήσεται θεοὺς ἰδεῖν, εἰ καθαρὰν ἀπό τε λεπρῶν καὶ τῶν ἄλλων μιαρῶν ἀνθρώπων τὴν χώραν ἅπασαν ποιήσειεν. Ἡσθέντα δὲ τὸν βασιλέα, πάντας τοὺς τὰ σώματα λελωβημένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου συναγαγεῖν. γενέσθαι δὲ τοῦ πλήθους μυριάδας ὀκτὼ καὶ τούτους εἰς τὰς λιθοτομίας τὰς ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν μέρει τοῦ Νείλου ἐμβαλεῖν αὐτόν, ὅπως ἐργάζοιντο καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οἱ ἐγκεχωρισμένοι. εἶναι

*

δέ τινας ἐν αὐτοῖς καὶ τῶν λογίων ἱερέων, λέπρᾳ συγκεχυμένους. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν ἐκεῖνον τὸν σοφὸν καὶ μαντικὸν ἄνδρα ὑποδεῖσθαι πρὸς αὐτόν τε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα χόλον τῶν θεῶν, εἰ βιασθέντες ὀφθήσονται. καὶ προσθέμενον εἰπεῖν, ὅτι συμμαχήσουσί τινες τοῖς μιαροῖς καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσουσιν ἐπ' ἔτη δέκα τρία, μὴ τολμῆσαι μὲν αὐτὸν εἰπεῖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, γραφὴν δὲ καταλιπόντα περὶ πάντων ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Ἐν ἀθυμίᾳ δὲ εἶναι τὸν βασιλέα κἄπειτα κατὰ λέξιν οὕτω γέγραφεν. τῶν δὲ ταῖς λατομίαις ὡς χρόνος ἱκανὸς διῆλθε ταλαιπωρούντων ἀξιωθεὶς ὁ βασιλεύς, ἵνα πρὸς κατάλυσιν αὐτοῖς καὶ σκέπην ἀπομερίσῃ τὴν τότε τῶν ποιμένων ἐρημωθεῖσαν πόλιν Αὔαριν συνεχώρησεν. Ἔστι δ' ἡ πόλις κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφώνιος. Οἱ δὲ εἰς ταύτην εἰςελθόντες καὶ τὸν τόπον τοῦτον εἰς ἀνάστασιν ἔχοντες, ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιουπολιτῶν ἱερέων Ὀσάρσιφον ἐστήσαντο. Καὶ τούτῳ πειθαρχήσαντες ἐν πᾶσιν ὡρκομότησαν. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο, μήτε προςκυνεῖν θεοὺς μήτε τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ζώων ἀπέχεσθαι μηδενός, πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων. Τοιαῦτα δὲ νομοθετήσας, καὶ πλεῖστα ἄλλα, μάλιστα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθισμοῖς ἐναντιούμενα, ἐκέλευσεν πολυχειρίᾳ τὰ τῆς πόλεως ἐπισκευάζειν τείχη, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοίμους γίνεσθαι τὸν πρὸς Ἀμένωφιν τὸν βασιλέα. Αὐτὸς δὲ προςλαβόμενος μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἱερέων καὶ συμμεμιασμένων, ἔπεμψε πρέσβεις πρὸς τοὺς ὑπὸ Τεθμώσεως ἀπελασθέντας ποιμένας, εἰς πόλιν τὴν καλουμένην Ἱεροσόλυμα. Καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους συνατιμασθέντας δηλώσας, ἠξίου συνεπιστρατεύειν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' Αἴγυπτον. Ἐπάξειν μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπηγγείλατο, πρῶτον μὲν εἰς Αὔαριν τὴν προγονικὴν αὐτῶν πατρίδα καὶ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ὄχλοις παρέξειν ἀφθόνως, ὑπερμαχήσεσθαι δὲ ὅτε δέοι ῥᾳδίως ὑποχείριον αὐτοῖς τὴν χώραν ποιήσειν. Οἱ δὲ ὑποχαρεῖς γενόμενοι πάντες προθύμως εἰς εἴκοσι μυριάδας ἀνδρῶν συνεξώρμησαν καὶ μετ' οὐ πολὺ ἧκον εἰς Αὔαριν. Ἀμένωφις δ' ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύς, ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὴν ἐκείνων ἔφοδον, οὐ μετρίως συνεχύθη, τῆς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ Πάπιος μνησθεὶς προδηλώσεως. Καὶ πρότερον συναγαγὼν πλῆθος Αἰγυπτίων, καὶ βουλευσάμενος μετὰ τῶν ἐν τούτοις ἡγεμόνων, τά τε ἱερὰ ζῶα, τὰ πρῶτα μάλιστα ἐν τοῖς ἱεροῖς τιμώμενα ὥσγ' ἑαυτὸν μετεπέμψατο, καὶ τοῖς κατὰ μέρος ἱεροῖς παρήγγειλεν, ὡς ἀσφαλέστατα τῶν θεῶν συγκρύψαι τὰ ξόανα. Τὸν δὲ υἱὸν Σέθων τὸν καὶ Ῥαμέσσην ἀπὸ Ῥάφεως τοῦ πατρὸς ὠνομασμένον, πενταέτη ὄντα, ἐξέθετο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Αὐτὸς δὲ διαβὰς τοῖς ἄλλοις Αἰγυπτίοις οὖσιν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μαχιμωτάτων, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀπαντήσασιν οὐ συνέβαλεν, ἀλλὰ μέλλειν θεομαχεῖν νομίσας, παλινδρομήσας ἧκεν εἰς Μέμφιν. Ἀναλαβών τε τόν τε Ἆπιν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκεῖσε μεταπεμφθέντα ἱερὰ ζῶα, εὐθὺς εἰς Αἰθιοπίαν σὺν ἅπαντι τῷ στόλῳ καὶ πλήθει τῶν Αἰγυπτίων ἀνήχθη. Χάριτι γὰρ ἦν αὐτῷ ὑποχείριος ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεύς ὅθεν ὑποδεξάμενος, καὶ τοὺς ὄχλους πάντας ὑπολαβὼν οἷς ἔσχεν ἡ χώρα τῶν πρὸς ἀνθρωπίνην τροφὴν ἐπιτηδείων καὶ πόλεις καὶ κώμας πρὸς τὴν τῶν πεπρωμένων τρισκαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἔκπτωσιν αὐτάρκεις, οὐχ ἧττόν γε καὶ στρατόπεδον Αἰθιοπικὸν πρὸς φυλακὴν ἐπέταξε τοῖς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν τοιαῦτα. Οἱ δὲ Σολυμῖται κατελθόντες σὺν τοῖς μιαροῖς τῶν Αἰγυπτίων, οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις προσηνέχθησαν, ὥστε τὴν τῶν προειρημένων κράτησιν χειρίστην φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τούτων ἀσεβήματα θεωμένοις. Καὶ γὰρ οὐ μόνον πόλεις καὶ κώμας ἐνέπρησαν, οὐδὲ ἱεροσυλοῦντες οὐδὲ λυμαινόμενοι ξόανα θεῶν ἠρκοῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευ-

μένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν καὶ θύτας καὶ σφαγεῖς τούτων ἱερεῖς καὶ προφήτας ἠνάγκαζον γίνεσθαι καὶ γυμνοὺς ἐξέβαλον. Λέγεται δέ, ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεύς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα Ὀσαρσίφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς.

9) Chaeremonis de origine gentis Judaïcæ narratio simillima est Manethonis de eadem re narrationi. Illam Josephus c. Ap. I, 32 hoc modo proponit: „Χαιρήμων γὰρ Αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγγράφειν, καὶ προσθεὶς ταὐτὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, ὅπερ ὁ Μανεθώς, Ἀμένωφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ῥαμέσσην, φησίν, ὅτι κατὰ τοὺς ὕπνους ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ Ἀμενώφει, μεμφομένη αὐτόν, ὅτι τὸ ἱερὸν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκαπται. Φριτιφάντην δὲ ἱερογραμματέα φάναι, ἐὰν τῶν τοὺς μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν καθάρῃ τὴν Αἴγυπτον, παύσεσθαι τῆς πτοίας αὐτόν. Ἐπιλέξαντα δὲ τῶν ἐπισινῶν μυριάδας εἴκοσι πέντε ἐκβαλεῖν. Ἡγεῖσθαι δ' αὐτῶν γραμματέας Μωϋσῆν τε καὶ Ἰώσηπον, καὶ τοῦτον ἱερογραμματέα. Αἰγύπτια δὲ αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν Μωϋσῇ, τῷ δὲ Ἰωσήπῳ Πετεσήφ. Τούτους δ' εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τριάκοντα ὀκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν. Οἷς φιλίαν συνθεμένους, ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν οὐχ ὑπομείναντα τὴν ἔφοδον αὐτῶν, εἰς Αἰθιοπίαν φυγεῖν καταλιπόντα τὴν γυναῖκα ἔγκυον. ἣν κρυπτομένην ἔν τισι σπηλαίοις, τεκεῖν παῖδα, ὄνομα Μεσσήνην, ὃν ἀνδρωθέντα ἐκδιῶξαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν Συρίαν, ὄντας περὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τὸν πατέρα Ἀμένωφιν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας καταδέξασθαι."

10) Diodorus (ecl. XXXIV, 1) Antiochi Sidetæ, Syriæ regis, Hierosolyma obsidentis (cf. Jos., antiqq. XIII, 8, 3, 4) amicos facit docentes, Judæos vel propter originem esse detestabiles; horum enim majores propter lepram ex Aegypto olim esse pulsos. Ipsius Diodori verba hæc sunt:

„Ὡς Ἀντίοχος, ὁ βασιλεύς, φησίν, ἐπολιόρκει Ἱεροσόλυμα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μέχρι μέν τινος ἀντέσχον. Ἐξαναλωθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων, ἠναγκάσθησαν περὶ διαλύσεως διαπρεσβεύσασθαι. Οἱ δὲ πλείους αὐτῷ τῶν φίλων συνεβούλευον κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν πόλιν καὶ τὸ γένος ἄρδην ἀνελεῖν τῶν Ἰουδαίων. Μόνους γὰρ ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος συμμιξίας καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας. Ἀπεδείκνυον δὲ καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ μισουμένους παρὰ θεῶν, ἐξ ἁπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. Τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας ἐν τοῖς σώμασι, καθαρμοῦ χάριν ὡς ἐναγεῖς συναθροισθέντας, ὑπερορίους ἐκβεβλῆσθαι. Τοὺς δὲ ἐξορισθέντας καταλαβέσθαι μὲν τοὺς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπους, συστησαμένους δὲ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, παραδώσιμον ποιῆσαι τὸ μίσος τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. κτλ."

